

Visitatio Decanatus Surseensis, instituta anno 1632, 8 Novembris a Nicolao Nicolai Decano, comite R.D. Jodoco Mandelin, procamerario et jurato plebano in Wangen

Autor(en): **Bölsterli, Joseph**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz**

Band (Jahr): **23 (1868)**

PDF erstellt am: **26.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-112196>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

III.

Visitatio Decanatus Surseensis,

institutum anno 1632, 8^o Novembris a Nicolao Nicolai Decano, comite R. D. Jodoco Mandelin, procamerario et jurato plebano in Wangen.

(Archiv des Rural-Capitels Sursee.)

Mitgetheilt von Leutpriester J. Bülsterli.

Wangen.

Templum a fundamentis noviter splendide exstructum exornatumque cum tribus altaribus. Patronus S. Conradus Episcopus, altaris primarii. 2. a latere Evangelii decem Milla Martyr. S. Catharina, in honorem S. Crucis alias dicati. 3. patrona B. Virgo, quod et gaudet privilegiis SS. Rosarii.

Fundatores tam ecclesiæ hujus quam trium beneficiorum sunt D. D. de Lüthishofen. Proventus annui tam in frumentis quam pecuniarum censibus sunt amplissimi. Habet duas Sacellanas, quarum Collatores sunt D. D. Canonici Beronenses.

Communicantium sunt 450.

Habet filialem Ecclesiam

In *Roth*, quam sartam tectam conservare tenetur Mater supra dicta.

Habet calicem unam cum cæteris paramentis sufficientibus; altaria duo.

Patronus primarius est S. Gallus abbas Hebdomadatim celebrat hic Sacellanus S. Crucis in Wangen.

Monitus est præfectus Ecclesiæ N. Huober

1. ut cocleare fatiscens in S. Bursa renovare curet.

2. ut progrediente tempore ex duobus ossoriis unum capacius et ornatius faciat.

3. ut filiali ecclesiæ pro et imminentes arborum ramos, lectum ruinantes, decurtari, et

4. porticum complanari ibidem faciat.

Sursee.

Habet Ecclesiam parochialem in honorem S. Georgii M, ut decimis et redditibus optime dotatam, ita paramentis decenter ornatam.

Habet altaria novem et totidem calices.

In ossorio et duo altaria, ubi celebratur.

Gaudet Ecclesia et Indulgentiis SS. Rosarii.

Itemque celebri fraternitate Compassionis B. V., proventu et censibus annuis satis divite.

Communicantium sunt 1800.

Monitus Ecclesiæ præfectus D. Prætor Schnider.

1. ut pyxidem pro SS. Viatico exauratam forinsecus inaurari rursus, aut rectius novam de argento (hæc nam ex aurichalco est) fieri procuret.

2. ut reliquiarum SS. majorem curam et honorem habeat.

3. Sepulturam parvulorum non baptizatorum muro excudet.

Habet 7 filiales Ecclesias, Cella, Nothwil, Tägerstein S Crucis, S. Margaritha et Gattwil.

1. *Cella*, ad honorem B. Virginis, ad finem lacus sita, per-vetusta, prædiis satis dotata, quæque bene ornata.

Collaturam et jurisdictionem habet Reverendissimus et Illustris-simus Abbas et conventus B. M. V. in Eremo.

Sacellanus R. D. Gabriel Marbach singulis Sabbathis ibidem celebrat Missam, fruiturque ejus beneficio, et sartam tectam con-servare tenetur.

2. Altera est filialis Ecclesia in *Nottwil* itidem B. V. M. dicata, censibus annuis affatim locupletata, et paramentis satis instructa, fenestrisque novis illuminata.

Habet tria altaria, progrediente tempore renovanda duo po-steriora.

Calices duos.

Unus ex sacerdotibus ibidem singulis Sabbathis alternis vici-

bus seu quaternis Missam facit, veluti et alias plerumque diebus B. M. V. festivis et aliis non paucis.

Præfectum seu procuratorem agit unus ex ordine Senatorio Reipub. Lucern. (ut moderno tempore D. Capitaneus Jodocus Fleckenstein.)

3. In *Tägerstein* juxta urbem Surlacensem sitam ad honorem S. Apollinaris Episc. et Martyr.

Missæ in ea ex debito celebrantur quotannis (exceptis frequentibus votivis).

4. S. *Crucis* ærumnosæ dicta extra mœnia ad occidentem, noviter exstructa et satis ornata, nondum tamen Episcopi benedictione consecrata.

Leguntur hic votivæ Missa non paucæ; ex instituto autem . . .

Parament . . .

Hoc sacellum hactenus Episcopali benedictione consecratum non est.

5. S. *Margarithæ* V. et Martyr. Sacellum amplum satis sed vacuum.

6. In *Gaddwill* in honorem S. Annæ, jam multis pene sine honore annis relicta, monitus procurator vicinus Rusticus aliter Sacello consultum vellet nisi mallet, ad Sæcularem Magistratum deferri vel interdici SS. inibi faciendis Missis.

Celebrantur ex instituto annuatim 26 Missæ.

7. Ecclesia de *Matricula* in Sursee

Est in *Gewensee* ad honorem S. Nicolai Episcopi. annis abhinc 27 a fundamentis decenter exstructa, ornata et instructa, satis paramentis debitis.

Gaudet omnibus ibi amplisque decimis Dominus plebanus Surlacensis, qui proinde obligatus est ad 26 Missas ibi faciendas per annum.

Büren.

Habet Ecclesiam in honorem SS. Galli et Urbani dicatam, annuis redditibus large dotatam; sepultura itidem nobilium de Arberg insignis, qui et beneficii fundatores.

Habet tres calices.

Winicon.

Olim filialis parochiæ in Reitnaw Bernens. ditionis, nunc parochialis est Ecclesia in honorem B. Virginis dicata, habet tria altaria, primum ad honorem Deiparæ, 2. S. Agathæ Virg. et Martyr, 3. S. Wolffgangi.

Communicantes 225.

Necessariis paramentis instructa pro tenuitate proventuum.

Monitus ecclesiæ præfectus, ut reparare nonnulla ad decentiam pergat paulatim, et inter alia cathedram ad murum et cornu Evangelii transferat.

Decimas parochiæ accipiunt nobiles Dominæ de Schenis.

Knuttwill.

Parochialis ecclesia SS. Stephano et Bartholomæo sacra; habet altaria quatuor, 1. ut supra, alterum B. Virg.

Habet 4 Calices cum sufficientibus paramentis.

Monitus ecclesiæ præfectus, ut prodigalitem devitaret in fraternitatibus et anniversariis, et redditus Ecclesiæ aliter dispenset et disponat quam expendendo in sumptuosa prandia et symposia. Et in primis aliam monstrantiam (hæc in contra omnem decorem) fieri procuret, necnon de inmittendo plus luminis in templum et applicandis fenestris, pavimento et baptisterio reficiendo sit sollicitus.

Communicantes 365,

Habet Ecclesiam filialem, S. *Erhardo* dicatam, a fundamentis ante paucos annos restauratam et bene ornatam, cum unico altari.

Eich.

Parochialis ecclesia in honorem S. Laurentii Mart. instructa; de ornamentis magis quam structura provisum.

Habet tres calices et totidem Missalia.

Cætera paramenta in abundantia.

Habet tria Altaria, quorum alterum in cornu Evangelii gaudet privilegiis SS. Rosarii; 3. in honorem S. Barbaræ, cujus etiam celebris habetur Congregatio seu fraternitas.

Communicantes 140.

Altaria quinque, 1. Sanctis supradictis. 2. B. M. Virginis magnifice noviter erectum et Indulgentiis SS. Rosarii ditatum. 3. SS Apostolis Petro et Paulo. 4. Decem millibus Martyrum 5. Wolfgango. In ossorio 6. habetur.

Habetur Fraternitas Decem Millium Mart. pervetusta censibus annuis satis larga.

Communicantes sunt 385.

Ecclesiæ præfectus in tertio monitus, ut bursam Eucharistiæ tandem, simul et S. fontis lapidem cum vase cuprino, operculo bene munito novum faciat, aut debite reficere procuret.

Conqueritur parochus de tenacitate Præfecti Ecclesiæ in emendis necessariis paramentis.

Secundo quod annui redditus in frumento nimis vili precio in tribus vicinis parochiis, eisdem præfectis veneant.

Tertio de excessivo sumptu in redditione dictarum Ecclesiarum annua ratione.

Triengen.

Habet ecclesiam in honorem S. Laurentii Mart. Quatuor altaria, excepto priori, obsoleta et haud magni pretii, sufficientibus mappis alias et mundis instructa.

Tres item calices cum necessariis paramentis. Altare dexteri lateris in honorem B. Virginis, sinistri SS. Apostolorum Petri et Pauli, medium S. Elogii Episcopi.

Habet duas filiales Ecclesias, 1. in *Colmeraw* S. Christinae Virg. et Mart. dicata, satis ornata et ditata, votivis visitationibus celebrem.

Communicantes 400.

Alteram in *Welnaw* S. Crucis, a superiore mea Visitatione e fundamentis erectam per rusticos ibi degentes cum magna laude et futuro, ut speratur, fructu non pœnitendo.

Indiget quidem calice, Missali etc. sed paulatim providebitur.

Monitus ædituus ut purgaret cœmetrium a lapidibus hinc inde dispersis.

Præfectus, ut sepultura parvulorum certis limitibus et muro separet; deinde ut baptisterium renovari procuret, in quo alias vermiculi subcrescunt.

Rickenbach.

Ecclesia in honorem S. Margarithæ Virg. et Mart., omnibus necessariis decenter instructa.

Communicantes 275.

Sempach.

Parochialis ecclesia S. Martini Episcopi et confessoris. Structura et sepultura decentior quam ornamentis et paramentis. Jacet et negligitur, ex quo tempore sacramentalia translata sunt in oppidulum, et si ibi litandum (quod singulis mensibus bis terve fit) mutuat calices a filia.

In ossorio nihil pietatis, altare (alioquin consecratum) sine mappis et absque omni decore per totum annum consistit.

Communicantes 740.

Habet hæc matricula sex filias.

1. In *Hildisrieden*, pervetusta et crebris processionibus celebris cum tribus altaribus, calicibus 2 et missalibus.

Beatæ virgini Matri dicata, satis ornata, modo non equis et vaccis pervia et patula; duo posteriora altaria plerumque nuda. Sacristia indiget restauratione et ecclesia cancellis, casula, mappa et alba, cistis et ordine meliore necnon et lumine.

De quibus omnibus monitus sæpe Dominus præfectus, sed frustra; moniti et domini Canonici Lucernenses, sed surdis hactenus cantatum, requirentibus decimas potius quam decorem domus Dei. Alioquin singulis hebdomatibus nonnullæ missæ leguntur et dantur præsentia.

2. Est in oppidulo S. *Stephano* Protomart. sacra, ornata eleganter, et omnibus paramentis satis instructa.

Habet calices 4. Missalia . . . Altaria tria, 1. ut supra, 2. D. Antonio. 3. B. Virgini consecratum, et hoc habet ex vi foundationis suum Sacellanum.

3. Est in honorem *Stæ. Crucis* exstructa, nondum cum episcopali benedictione consecratum, prope civitatem extra muros, Lucernam versus, proficiet (ut sperandum) propediem et dotationibus et ornamentis, delectisque paramentis.

4. Est S. Apostolo *Jacobo Majori* sacra, in loco ubi olim Helvetii majores nostri cum Leopoldo Austriaco pugnaverunt et

memorabilem victoriam obtinuerunt, cujus propterea hoc erectum sacellum monumentum non tamen rei dignitati æquipollens, sed simplex et curtæ sacræ suppellectilis.

Habet altaria tria, calices . . missalia . .

5. Est *S. Annæ* nec structura nec paramentis magna, habet tamen proprium calicem et Missale.

Dicuntur 12 Missæ annuatim.

6. In *Adelwill*, *S. Einbæthæ* Virgini dicata, tribus novis altaribus, picturis etc. insigniter decorata, votis et votivis sacris, donis et peregrinationibus memorabilis.

Habet calices . . Missalia . . .

Newenkirch.

Ecclesia parochialis *S. Udalrico* sacra est, decenter ornata, omnibus necessariis sufficienter instructa; indigent tamen calices omnes reparatione.

Altare lateris dextri gaudet indulgentiis SS. Rosarii, noviter erectum et satis splendide. Alterum a sinistris dicatum est *S. Sebastiano* Martyri.

Communicantes 408.

Habet duas filias Ecclesias, unam in *Wardensee*, in honorem *S. Jodoci* Confess., Alteram in *Hälbüel* in honorem SS. Nicolai et Blasii Episcoporum cum calice cuprino, bene quidem deaurato.

Oberkilch.

Parochialis ecclesia dedicata est in honorem *S. Pancratii* Martyris, habet tria altaria, quorum duo collateralia non admodum pretiosa, mappis cum calicibus et missalibus satis instructa.

Communicantes 160.

Habet filialem Ecclesiam in *Krumbach* cum uno altari bene instructo; Patrono gaudet *S. Wendelino*, menstruatim duæ (præter votivas) leguntur Missæ.

Budisholz.

Habet ecclesiam consecratam in honorem *S. Verenæ* Virg. et *Mart.* tria habet altaria totidemque calices et Missalia omnia satis

splendida. Altare dextrum est SS. Rosario, sinistrum SS. Sebaldus et Antonio confessoribus sacrum.

Habet ossorium suum altare in honorem S. Blasii.

Habet et præter congregationem S. Rosarii tres alias 1. S. Sebaldi, 2. S. Theoduli, 3. S. Catharinæ.

Communicantes 350.

Habet ecclesiam filialem S. Othiliæ Virg. Votivis missis et donis haud infrequens.

Russwil.

Parochialis ecclesia S. Mauritio Martyri dicata. Omnibus paramentis satis ornata. Structura reparanda suo tempore pro loci et parochiæ dignitate.

Habet quinque altaria. Medium gaudet privilegio S. Rosarii, a dextris S. Johannis Baptist., a sinistris B. Mariæ Virg. et S. Immerio sacratum. Quintum supervacaneum est et cum licentia tollendum.

Habet et ossorium suum altare B. Virg. decore simul et devotione.

Communicantes in Russwil 900.

In Wolhusen 700.

Habet filiales ecclesias 7, 1. In *Werdenstein* celebre et structura et paramentis ornamentisque necnon et frequentationibus peregrinorum notissimum. Habet sex altaria etc., quorum unum S. Rosarii.

2. In *Wolhusen*, structura amplum cum tribus altaribus, quorum primum est S. Rosarii; Titularis Patronus est S. Andreas Apostolus. Omnia hic ministrantur SS. sacramenta. Præter cæteras reliquias adest aviles seu spina Spineæ coronæ Salvatoris nostri.

Dominicis et festis singulis sacra ibi peragit D. adjutor ex Russwil.

3. Sacellum est in *Hunckelen*; legunt ibi frequenter Missas aliqui 3 Sacellanorum in Russwil et parochus in Newenkilch.

4. In *Buochholtz* quod habet duo altaria 1. in honorem S. Galli, alterum S. Erasmi. Celebratur ibi hebdomodatim semel.

5. S. *Udalrici*, ubi menstruatim bis celebratur.

6. S. *Catharina* noviter exstructum, non consecratum, utitur celebrans altari portatili.

7. In *Hapfig* ingloriam et indecens, negligitur.

Geiss.

Parochialis Ecclesia, cujus patronus S. Jacobus Apost. major dictus, habet tria altaria, quorum postremum est SS. Rosarii. Tres calices et paramenta sufficientia; nisi quod bursa Eucharistica tota sit obsoleta.

Habet fraternitates tres, S. Agathæ, Barbaræ et Annæ.
Communicantes 80.

Vallis Entlebuochianæ Parochiæ et Sacella.**Toppelschwand.**

Satis ornata cujus patronus S. Nicolaus episcopus. Habet tria altaria et totidem calices. Ad cornu Evangelii altare in honorem SS. Jodoci, Luciæ et Othiliæ; ad cornu Epistolæ SS. Apostolis Petro et Paulo sacrum.

Est et parochiali ecclesiæ confine sacellum in honorem venerabilis Sacramenti necnon et SS. Fridolini et Beati sacrum.

Habet tres Confraternitates: 1. S. Nicolai, 2. S. Theoduli, 3. S. Fridolini cum sufficientibus annuis proventibus.

Reliquiæ nec multæ, nec ornatae.

Communicantes sunt 130.

Romos.

Ecclesia parochialis dicata S. Mariæ Magdalenæ. Habet altaria tria, totidem calices et Missalia, et paramenta sufficientia.

Communicantes 160.

Collateralium altarium Patroni S. Oswaldus et S. Aegidius. Gaudet illud et privilegio SS. Rosarii. Reliquiæ signatæ SS. Mauritii et Sociorum.

Entlibuoch.

Parochialis ecclesia patronum habet S. Martinum Episcopum. Tria altaria, unum S. Catharinæ, alterum SS. Rosarii. Quinque calices, duo missalia, redditus et paramenta sufficientia.

Habet et ossorium suum altare bene cultum.

Communicantium sunt 500.

Filiales ecclesiæ: 1. In der *Egg* in honorem SS. Beati et Wendelini confessorum.

2. Bey den *Brüderen*, ubi altari portatili celebrans utitur.

Hasle.

Parochialis ecclesia tria habet altaria, Patroni primarii SS. Stephanus et Laurentius, alterius S. Nicolaus, 3. B. Virgo et S. Theodulus. Habet duos calices, unius patena indiget refectione.

Baptisterium non bene clausum, reliquiæ etiam non debite asservantur.

Lampades in tota valle e butiro aluntur.

Communicantes 300.

Habet unam ecclesiam filialem *S. Crucis* supra montem positam, pulchre ornatam, et frequentibus peregrinationibus celebrem. Quo annuatim tribus vicibus, festis *S. Crucis* et *S. Margarithæ*, communitas universæ vallis processionaliter convenit, concionantibus et confessionem excipientibus alternatim RR. Patribus Capucinis et Jesuitis.

Tria altaria habet et paramenta proventusque sufficientes.

Schüpffen.

Totius vallis Entlibuoch meditullium.

Ecclesiæ parochialis patroni sunt SS. Joannes et Paulus Martyres. Quatuor altaria bene ornata, unum SS. Rosarii. Calices tres et totidem missalia.

Communicantes: 700.

Ecclesiæ filiales: 1. *S. Wolfgangi*, ubi duo altaria.

2. *S. Nicolai*.

Eschlismat.

Ecclesia in honorem S. Jacobi Apost. Majoris, habet quatuor altaria, quorum unum SS. Rosarii, Medium in meliorem formam et decentiam redigendum. Cætera satis ornata.

Redditus non abundantes. Calices et missalia 3. Sepultura parvulorum melius munienda, et lampadarius ligneum in cœmiterio mutandum. Fundatores sunt Domini de Luternaw. Confraternitates SS. Theoduli, Sebastiani et Antonii. Habet etiam ossorium altare.

Communicantes supra 500.

Ecclesiæ filiales: 1. *Trium regum* cujus janua ruinam minatur, uti et fenestra. Celebratur quotannis 12 vicibus præter votiva sacra.

2. *S. Anna*, supra montem posita.

Marbach.

Ecclesia modo parochialis est, olim filialis Cœnobio Monachorum in Truob, Cisterciensis ordinis¹⁾, incorporata. Habet patronus S. Nicolaus Episcopus.

Tria altaria, B. virg. et S. Crucis satis ornata.

Calices 2 et totidem Missalia.

Fundatores Domini de Truob.

Casulæ nec cultæ satis nec multa. Prætendunt rustici paupertatem proventuum.

Monstrantia argentea sed pulveribus repleta, veluti etiam corporalia immunda.

Ossa mortuorum transennis munienda.

Habet tres confraternitates, S. Nicolai, et S. Catharinæ, et B. Virginis.

Communicantes circiter 240.

¹⁾ Richtigter Ord. S. Benedicti.

